

Band VI., Nr. 2033, Seite 424-425

Bischof Heinrich von Speyer bestätigt die von den Brüdern Ingram und Ingram von Heidelberg geschehene Schenkung ihrer Güter in Brühl an das Kloster Maulbronn unter Vorbehalt des bischöflichen Vogtrechtes über dieselben.

Speyer (im bischöflichen Taubenhaus), 1268.
November 30.

Heinricus, dei gratia Spirensis episcopus, universis Christi fidelibus presentium inspectoribus litterarum credere subnotatis. Quamvis nos generaliter omni religiosorum promocioni ex debito nostri officii intendere debeamus, illorum tamen promocioni plus intendere nos debemus, quorum vitam cognovimus sanctiorem et innocenciam puriorem. Eapropter nos fideliter attendentes, quod monasterium de Mulbrunne de nostre ecclesie gremio sit fundatum ac ipsius utilitatibus tamquam nostris intendere debeamus, donacionem illam, quam fecerunt Ingramus et Ingramus frater suus de Heidelberg onnium bonorum suorum apud Bruwel cum iure universo et utilitatibus ipsis cedentibus in eadem villa ac terminis ipsius, quocumque nomine censeantur, pro remedio animarum suarum, cuius ville et bonorum advocacia de nobis et nostra ecclesia derivatur, ratam gerimus et acceptam pure ac simpliciter propter deum et presentis scripti patrocinio communimus secundum quod ipsius donacionis processus videlicet predictorum I. et I. fratrum plenius est expressus in eorum et illorum de Wissenloch publicis instrumentis, salvo tamen iure ipsius advocacie nobis et nostris ibidem successoribus competente, quod nobis et successoribus nostris perpetuo volumus conservari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

 Datum in columbario nostro Spire, anno domini M^o. CC^o. LXVIII., Andre[e] apostoli.

—

Nach dem Liber Obligationum Spirensium, Bd. 1, fol. XLVIII, im GLA Karlsruhe.

 Die Urkunde steht in inhaltlichem Kontext zur Urkunde Nr. 1993 (WUB, Bd. VI, S. 389 f.).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/449 fol. 44 r

Editionen:

UB Bischöfe Speyer, Bd. 1, S. 319.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Speyer (im bischöflichen Taubenhaus)

Ortsindex:

Altstadt Wohnplatz (5864)
 Altstadt, Heidelberg, HD
 Brühl
Wohnplatz (6271)
 Brühl, HD
 Maulbronn Wohnplatz (7043)

Maulbronn, PF
 Speyer, SP